



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**  
**Coloniae Agrippinae, 1684**

19. Destructo loco exempto, an censeatur amissa exemptio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

## QUAESTIO XIX.

Destructo loco Exempto, an censeatur amissa Exemptio.

## SUMMARIUM.

1. Re perempta pereunt illius jura.
2. Collegium perit mortuis collegis.
3. Destructo loco, Exemptio perit Exemptio.
4. Civitas ad aratum iudicata perdit privilegia.
5. Quod verum est, si fiat auctoritate superioris.
6. Fallit si alio transferetur.
7. Destructo ordine, an pereant privilegia Monasteriorum.
8. Destructa Civitate an censeantur destructa castra.

- 1** Regulare est in jure, quod perempta re, pereant quoque illius jura, tam activa quam passiva, late Albertus Brunus tract. de interitu & perempti. conclus. 5. per tot. Id enim in emphiteusi, usu fructu, superficie, re commodata, pignorat, vendita, debita, aliisque ejuscemodi decisum animadvertimus, quibus peremptis, notum est, perire etiam earum jus & obligationem. C. de jure Empti. l. sicut ff. quib. mod. pig. vel Hypoth. solvitur. l. 1. & ibi not. C. commodati l. inter stipulantes §. sacram & ibi no. ff. de verb. obligat. l. 2. ff. de usurfr. l. fin. ubi Barth. ff. de superficie. late Abb. Brunus d. conclus. Similiter, si domus in litore maris fundata diruatur, Dominus amittit jus tolli, quod revertitur ad primævam suam naturam, l. in tantum ff. de Rev. divisionis l. Aristo. ff. eod.
- 2** Item mortuis omnibus de Collegio, jus collegii extinguitur, per euntque ejus privilegia suntque bona vacantia, Abb. cap. recolentes de statu Monach. Archid. cap. an nullo 18. quest. 2. glo. DD. l. sicut §. fin. ff. Quod cuiusque universi. DD. cap. ex in iuncto de novi oper. nunt. DD. l. si servitutes §. si sublatum ff. de servit. urb. pred. Bald. & Ang. l. proponedantur ff. de iudic.
- 3** Unde similitudine eorundem jurium, dicimus destructo superioris auctoritate loco Exempto, perire etiam loci Exemptionem. cap. Abbate ubi glo. Abb. & DD. de verb. signific. Innocent. d. cap. cum ex in iuncto nu. 2. ubi DD. de novi oper. nunt.
- 4** Ratio est, quia per ejuscemodi destructionem fit mutatio status, & quaedam velut capitis diminutio. Petrus de Perusio tractatibus de mutatione status Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum, sicut in civitate seu oppido dicitur, quod auctoritate superioris condemnatum est ad aratum. Bald. de pace const. verb. Imperialis num. 8. & cons. 322. 367. num. 6. vol. 3. per tex. l. si usufructus ff. quib. mod. usufr. amitt. glo. cap. Passoralis 7. quest. 1. in verb. revertatis: perdit enim omnes exemptiones, immunitates, & omnia jura, tex. l. cognitionem §. consumitur ff. de variis & extra ord. cognit. Bald. l. fin.



num. 24. ff. de colleg. illi c. Afflict cap. 1. n. 12. cum seq. de capite Conradi. Alex. Conf. 43. n. 2. vol. 1. Curt. Sen. Conf. 26. n. 4. glo. c. privilegium verb. privilegium ubi Franc. n. 3. de Reg. juris in 6. Quod ipsum adeo verum est (inquit Innocent.) quod destructa Ecclesia legat, per destructionem enim amissa sunt jura ac privilegia, ideoque predicti tales esse deliterunt. Innoc. d. cap. cum ex in iuncto n. 2. gl. d. cap. privilegium per rex. cap. pl. c. dist. 1. de consec. Bellon. Conf. 1. n. 7. DD. ubi supra. Declaratur primo id verum, si destructio fiat auctoritate juridica superioris. DD. ubi supra Barth. d. S. sacram. n. 10. Et si cum Apostilla, Brun. d. erall. de interitu Concil. 5. n. 13. Gail. lib. 2. obser. 61. n. 1. Et 6. Secus vero si violentia aut propria privati autoritate. glo. Et Franc. d. cap. privilegium Et d. cap. pastorali 3. Gail. d. obs. 61. num. 6. Et 7. Gregor. Sarrus in Theauro Theologia Et d. cap. pastorali 3. Gail. d. obs. 61. num. 6. Et 7. Ratio petitur ex Baldo, quia ejusmodi locus destructus intellectu nostro, sive aliquo materiali corpore dicitur vivere, non secus quam de sine corpore extrare, ac proinde privilegia sua omnia retinere, non secus quam de civitate dicitur, quae extincta a Tyranno vel hostibus, nihilominus tamen superesse censetur. arg. l. mortuo ff. de fideiussor. l. hereditas ff. de petit. hered. Bald. in Margarina verb. Civitas. Innocent. d. cap. cum ex in iuncto. Gail. ubi supra n. 7.

Declaratur secundo, nisi locus destructus alio in loco edificetur, tum enim suas immunitates, exemptiones, suaeque privilegia retinebit. Bellonus d. Conf. 1. nu. 5. Curt. d. Conf. 26. Albericus d. l. si usufructus Et DD. ubi supra Ratio est, ex natura surrogatum, posterior enim locus surrogatur in jus & privilegia prioris per rex. l. si cum s. qui injuriarum ff. qui caut ubi glo. in verbo danda, l. duobus s. 1. ff. de jurejur. Gail. d. obs. 61. num. 8. Et praesertim in locis loco a surrogatis, late Brunus tract. de mutatione memb. 2. concl. 17. num. 69.

Declaratur tertio id verum, si privilegium detur ordini, destructo enim ordine, tollitur etiam privilegium, Secus vero, si datum sit v.g. Monasterio seu possessionibus Monasterii, tunc enim destructo ordine, non censetur amissum privilegium. Abb. cap. Abbate n. 16. in fine de verb. signif.

Unde (inquit Petrus de Perusio) si destruantur omnia Monasteria quae sunt membra templariorum, destructa etiam censentur omnia Monasteria quae sunt membra istius ordinis, tract. de mutatione status Ecclesiarum cap. 3. num. 12. Tum quia mortuo capite, pereunt membra. l. cum in diversi ff. de relig. Et sumptib. funerum. Tum quia membra veniunt accessorie ad ipsum ordinem, unde non mirum si ordine destructo, destructa etiam videantur membra, velut accessoria ordinis. Petr. de Perus. ubi supra num. 12. Secus autem, juxta Panormitanum d. num. 16. si membris aequè principaliter privilegia sint indulta. Aliud de civitate censuit Baldus cap. Imperiali nu. 9. cum Apost. de pace Const. quae destructa sed ad aratrum condemnata, non ideo censentur ejus castra seu membra ad aratrum condemnata, per nos. c. felicitas de panis





§ c. si civitas de sent. excom. in 6. Bald. d. n. 9. cum Apost. Idque quia ejusmodi membra seu castra stant per se, ac eis æque principaliter privilegia concessa sunt, ad quos conferunt quæ supra diximus *quest. 17. par. 1. vers. secundo quod si ordo de participatibus in privilegiis aliorum, quæ hic breviter causa nolo repetere.*

### QUESTIO XX.

Si locus restauretur, an recuperabit exemptionem.

#### SUMMARIUM.

1. Solemnitas eadem opus est in restitutione, qua in concessione.
2. Quod restituitur, numquam est idem numero.
3. Res in pristinum statum restituta priora jura recuperat.
4. Servitus restituta non est nova, sed pristina.
5. 6. Distinguendum utrum locus destruat auctoritate superioris, an a inferiori.
7. Item an cum spe resurrectionis.
8. Pons destructus & postea restitutus, recuperat priora jura.
9. Tanquam adfert restitutio, quam absolute lesio.

Pro parte negativa possent varia adduci, imprimis quidem, quod solemnitas qua requiritur in actu seu exemptione concedenda, requiritur etiam in reparanda seu restituenda. *Jason. rep. l. quo minus numer. 189. ff. de summi. Bald. si ut proponit 2. numer. 1. C. de nupt. & in Margarita verb. civitas, lausimè Brunstract. de resurrectione conclus. 3. numer. 9. & seq. vol. 1. et. 17.* Locus enim restauratus non est qui fuit, sed novus, argumento ejus, quod de servo manumisso, aut reditu extincto proponitur, si enim in servitutem redigatur servus, non idem homo qui fuit ante est, sed alius. *l. servus legatus in fin. de odim. legat.* Et si schyphorum usufructus legatus sit, deinde massa facta & iterum scyphi, non tamen illi sunt quorum usufructus legatus est. *l. qui usum fructum ff. de usufr. l. repeti §. rei mutatione. ff. quibus mod. usufr. amittatur.* Similiter, si quis renunciat in commodum proprietarii usufructui, & proprietarius effectus pleno jure Dominus, usufructum restituat, non idem est usus fructus, qui ante unitus & consolidatus fuit proprietati. *l. si usufructus ff. de jur. dot. §. finitur in st. de usufr.* Quod enim restituitur, numquam est idem numero. *d. l. repeti §. rei.* Pro affirmativa autem stat regula, quod res in pristinum statum restituta, priora jura recuperat. *l. et Attilianus ubi glo. fin. in fin. ff. de servit. in st. pr. ad. cap. ab exordio cum glo. d. st. 36. glo. cap. si de corpore 36. quest. 6. tex. l. et si forte in pr. l. loci §. fin. ubi flor. ff. de servit. urban. praediorum.* Sic servitus consula in pristinum statum restituta, non est nova, sed pristina. *l. si et ff. Commun. praedior. l. pap. ibi si non*